

AD  
LEGEM RHODIAM DE JACTU,  
CUM  
FUNUS TRISTISSIMUM  
NOBILISSIMI AC JURIUM PERITI  
JUVENIS  
DNI. ADAMI HEN-  
RICI RHODII,  
FILII UNICI,  
QUOD GOETTINGAE D. XI. MAJI AN. MDCCLI.  
CONTIGIT,  
CIVIBUS EUM REDUCEM SPERANTIBUS  
DENUNCIARI FECISSET  
GENEROSA DOMUS RHODIANA,  
HUIC EO AFFLICTISSIMAE  
EX DEBITO OBSERVANTIAE CULTU  
EXIGUAS HASCE OFFERT MEDITATIONES  
G. L.

ELBINGAE, TYPIS PREUSSIANIS.

LEGEM RHODIANAM DE IACUTA  
 HUNUS TRISTISSIMUM  
 NOBILISSIMI AC JURUUM PERRITI  
 IUAENIS  
 DNI. ADAM HEN  
 RICI RHODII  
 HU UNIC  
 GUD GOTTINGAE D. XI MARCH AN MDCCXII  
 CIVIBUS EUM REDUCEM SPERANTIBUS  
 DENUNCIARI FECISSET  
 GENEROSA DOMUS RHODIANA

HUIC EO AFFECTISSIME  
 EX DEBTIO OBSERVANTIE CUTA  
 EXIGUAS HVSCE OFFERT MEDITATIONES

G.L.

ELBINGE, TYPIS PRÆSIDIENS



Jactum pro sociis factum Lex Rhodia  
farcit,  
Ut rata communis damni sit cuique  
ferenda.

## VIR GENEROSE, PATER PATRIÆ, DIG. NISSIME PRÆSES,

Sic etiam jactum faciens pro Civibus, Unam  
Prolem, dum peregre Studiis incumbit, ibique  
Curæ oculisque PATRIS subducta heu! lumina  
claudit,

Amittendo, ab eis poscas TIBI damna rependi.  
Sed quamvis cupiant hæc damna rependere Cives,  
Quanti vel jactus taxetur Filius unus,  
Isque spei plenus vestigia vadere PATRIS?  
At neque dicamus jactam, verum esse receptam  
A Jova Sobolem hanc, concessa precaria tanquam:  
Hoc expertaque sunt Exempla Domestica Clara,  
Quamquam haud tam dure, Proles ut nulla supersit.

VIR GENEROSE, uti Rex, tractat Te Jova  
Ministrum,

Sæpe cui, sit Rex ut opus, deesse quid optat:  
Sic deest Soboles, ut Jovæ Filius extes,  
Hoc cum Patre magis victurus, utut sine Prole.  
Regia, VIR GENEROSE, TIBI solamina  
restant,

Ut luctu surgas & latus pane fruaris,  
Quod Proles obiit, redeat nec, at ibis ad Ipsam,  
Postquam jam dudum præcepit gaudia Cœli.  
Annos interea, vixisset quos Tua Proles  
Dante DEO, DEUS adjiciat TIBI, VIR GE-  
NEROSE.

Et sinat incolumem TE vivere CONJUGI, AMI-  
CIS,

Quos TECUM veneror, precor atque valere, virere,  
Curiæ, itemque Scholis, Templisque, Clientibus atque,  
Quos inter minimum me gratulor esseque posse.

